

## Boetius de

ginem mariā salutandū dicens. **N**ue gratia plena. Et similiter angelus Thobiam visitauit. eumq; in terrā medorū deportauit. quod facere nō potuisset. nisi corpus humanū assumpsisset. **N**e ymaginandū igitur est. qz sicut se habet cyrotheca ad manū ratione frigoris remouendi. sic angelus ad corpus aliquod officiū exercendo. sed manus est abilis cyrothecaz induere in frigoris expulsiōnem frigoreq; remoto cyrothecam exuere. **S**ic et angelus ratione officij potest corpus induere. illo autem expleto iterato corpus exuere. **Q**uo ad scōm questionis intellectū d'issentio est inter philosophos precipue inter Platonē et Aristotelem. **U**ult em Platonē animā humanā ante corporis ingressum esse dispositā in cōparibus stellis. et scire omnia. inibiq; tanq; in proprijs domicilijs residere. et virtutibus relucere. humano autem corpori infusa inclinata est crathere lacteo. videlicet dulcedine carnis. et exinde oblita totius celestis armonie quam viderat in cōparibus stellis. scz omnium virtutum et scientiarum. **S**ed p' studio et assuefactionem oia recolligere. et ad actū oim pertingere. **U**nde sicut lapis preciosus luto inuolutus nihil exercet naturalis bonitatis. **S**ed cū abstergitur ab eo impurum. tunc micat puritas naturalis. sic vult animā per studium neq; exercitiū vel assuefactionē virtutes aut scientias de nouo acquirere. sed potius impedimenta remouere. **C**ontra hoc dicit Aristoteles tercio de anima. Anima in principio sue creationis est quasi tabula rasa non depicta. sed virtutibus et scientijs depingibilis. **A**d hanc etiam videtur Augustinus in libro suo de spiritu et anima dicens. q' anima creando corpori infunditur et infundendo creatur. **R**espondendū igitur est et tenendū cū Aristotele. q' anima nō habuit aliqd' esse ante corporis coniunctionem. indiget tamen corpore quo ad sui inceptions. licet non quo ad eius permanentiam. **E**xemplū volens transire mare indiget nauī. **S**ed postq; mare pertransiuit in suo esse pmanere ac subsistere potest nauī corrupta. **S**ic corpore corrupto non oportet q' anima corrumpatur. **N**ec illud est intelligendū sicut Pythagoras intellexit. videlicet q' sicut nauta vnus multas potest intrare naues. q' sic anima vna multa potest intrare corpora migrando de corpore in corpus. **S**ed corpore cui anima vnita fuit corrupto non quidem aliud corpus ingreditur. sed in proprio esse subsistit incorrupta. **E**st enim anima in orizonte duorum mundorū scilicet eternitatis et temporis. **E**ternitas quidem a parte post. quia incorruptibilis finē non habens durationis. **A**d hoc est Aristoteles secundo de anima dicens. Separatur autem hoc ab hoc. scilz anima a corpore tanq; perpetuū a corruptibili. **A**nima igitur primo corpori infusa est in potentia ad intelligibilia. **E**t propter nimiam corporis ruditatez seu imperitudinem ac imperfectionem statim intelligere non potest. **S**ed quanto magis et magis corpus perficitur. tanto vis cognoscendi anime plus et plus maioratur. **T**unc ibi. **T**ercio an iudaice etc.